

LAMPAS, SIVE
FAX ARTIVM
LIBERALIVM,

HOC EST,
THESAVRVS CRITICVS,

IN QVO INFINITIS LOCIS THEO-
logorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, Ora-
torum, Historicorum, Poetarum, Grammaticorum,
scripta supplentur, corriguntur, illustran-
tur, notantur,

Tomus Primus.

Ex officia Bibliothecarum custodij erutus, & fo-
ras prodire iussus,

A I A N O G R V T E R O.

Con Index locorum & Memoriis.



PRODAT FRANCOEFTRI

E Collegio Paltheniano, sumtibus Ione Rhodii Bibliopole.

ANNO M D C II

Ad la librería del
Collegio Palheniano de la
Islande Mayor de Salamanca.





ILLVSTRIBVS, GE-
NEROSIS, MAXIMÆQ; SPEI
FRATRIBVS GERMANIS, DN. IO.
ANNI, DN. ANDREÆ FIR-
leijs, de Dambrouica Baroni-
bus, &c. Polonis.

NVENIRI quamplurimos, qui conte-
nnant, aut etiam carpant Criticen, quid mi-
rūm! Oraculium vox est, haud Seneca: Non
tamen bene cum rebus humanis agitur, ut me-
liora pluribus placeant. argumentum pessimi-
ni, turba est. Et bene, quod paucim paucis
semper aliquot reperti sunt, hoc est, melior quis-
que veruarii interpres, qui istud sine studiū, sine artificiū, suo es-
timauerint pretio, censuerintque orum bono literarum. Adisque eo
certe, quibus non lateret in tenebris, quibus non implicaretur nodis
genus omne disciplinarum? Verbo rem dicam: perierant sacrata
ritate ac profana: profecta eorundem monumenta, eorundem culto-
res. Nam si oratio ea nulla est, quia non intelligitur, quis erit ille Lyn-
ceus simul e⁹ Alexander, qui penetret tenebras plusquam cimme-
rias, qui dissoluat nexus plusquam Gordios, quibus mixtum occupā-
tur editionis antiquissima libri omnes minimi maximi? Imo, extra
omnem est controversiam, summas istis habendas agendasq; gratias,
qui miserti diuinarum humanarum rerum scientias, adminiculan-
te modo laboriosa diligentia, modo exultiore ingenio, modo iudicio
soltiori: optimis quibusq; scriptoribus in illa mero Barbaria Ocea-
no naufragis, ulro subuenient, ac velut e Pharo uniuersis ac fin-



VARIARVM, NO- VAKVM ET ANTIQVARVM OBSERVATIONVM, EMENDA-

TIONVM, L E C T I O N V M , M I-
scellaneorum,

SYLLOGE I.

Continens Angeli Politiani miscellaneorum centuriam
primam. Praefatio ad Laurentium Medicum.

Mdm tibi superioribus d'ebus, Laurenti Medices, nostra
hæc Miscellanea inter equitandum recitateimus, dele-
ctatus arbitror nouitate ipsarerum, & varietate non il-
lepidæ lectionis, hortati cœpisti nos, vt vnam saltem ex
eis Centuriam (nam centenis libri singuli capitibus explicantur)
publicaremus. Quod nunc utique simul auctoritate tua, qua ma-
ior, nobis quidem, nulla in terris est, simultatione adducti faci-
mus. Quoniam nostra ista iam nonnulli vel cum puluisculo con-
uerrant, sic vt aliis pridem, sibique, nostrorum titulo laborum ni-
mis placeant. Quiaquam scimus inuidia magna fore hos libros, &
multum sermonis subituros, vt qui de magni nominis auctoriis
libere pronuntient. Sed non id nostrum exemplum. Nam scrip-
tores ferme omnes sic suas tueotnr parteis, vt alienas oppugnent, ac
laudis occasionem plerumque de aliorum erratis petant, tum i.e-
pe a tenuioribus, & gregariis, velutique postremæ notæ, qualis e-
go, vel Cluuienus, etiam proceres illi (vt ita dixerim) & antesigna-
ni quidam literarum sagillantur. Vetus est autem dictum. *Conse-
tia mille testes.* Scit illa protinus nihil hic odio datum, nihil flama-
cho, candide omnia, & simpliciter, nihil aut inselanter, aut inale-
uolt, nihil oblatrandi studio, nihil ostentandi voto protulimus, a-
nimq; semper ad probandum (*si fieret*) quam ad improbandum
propensiore sumus. Neque videlicet strophis aut canticulis, sed li-
berio examine, liberae veritatis fronte, rem gessimus. Ac non id quæ-
sumus, vt aliquam doctissimis hominibus veluti labeculam aspergere-
mus, sed id cauimus potius, ne sub illorū auctoritate studiorum